

*NvK an den Pfarrer von Flaurling sowie die Pfarrvikare von Innsbruck und Hall. Er habe gehört, dass einige Prämonstratensermonche der schwäbischen Zirkarie im Namen des Generalkapitels in Kürze das Kloster Wilten visitieren wollen. Da dies die Bemühungen des NvK um die Reform des Stiftes Wilten zunichte machen würde, befiehlt er ihnen, die Visitatoren aufzuhalten bzw. aus dem Kloster zu verweisen. Angedroht sind Exkommunikation, Interdikt, eine Geldstrafe von 1000 Mark und der Entzug aller Privilegien und Güter des Stiftes Wilten.*

Or., Perg. (*spitzovales Kardinalssiegel des NvK an Hanfschnur*): WILLEN, StA, Lade 10 E.

Kopie (gleichzeitig): BOZEN, StA, Lade 13 Nr. 8 D; ebd., Lade 13 Nr. 8 ad D; WILLEN, StA, Lade 10 E (zwei Exemplare); (17. Jh.): BRIXEN, DA, Ordinariatsarchiv, Aktenkonvolut Wilten (vier Exemplare); (A. Tschaveller, 18. Jh.): INNSBRUCK, Museum Ferdinandeum, Dip. 1005 (früher: BT 778) p. 346f.; (J. Resch, 18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 623-625.

Regest (18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. C 10.

Druck: LENTZE, Reform des Stiftes Wilten 525f. Nr. VII (ND LENTZE, Studia Wiltensia 89f.).

Erw.: JÄGER, Streit I 209; LENTZE, Reform des Stiftes Wilten 514 (Studia Wiltinensis 89); PALME, Beziehungen 132f.

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis et episcopus Brixinensis venerabilibus nobis in Christo dilectis plebano in Floerlingen<sup>1)</sup> necnon vicariis in Hallis<sup>2)</sup> et Ensprucka<sup>3)</sup> nostre diocesis salutem in domino sempiternam. Postquam sic deo placuit, quod nos ad hanc nostram Brixinensem diocesim pervenimus et intelleximus monasterium Wiltinense, ordinis Premonstratensis a nostris predecessoribus fundatum, ut ibidem fratres deo servirent secundum regulam sancti Augustini et statutorum fundatorum ordinis Premonstratensium, proponi fecimus tunc bone memorie Nicolao pape Romano pontifici monasterii illius dispositionem, qui proprio nomine monasterii expresso nobis commisit ac mandavit, ut apostolica auctoritate ipsum in capite et membris reformaremus, nos visitatorem vice apostolice sedis cum plena potestate constituendo, prout hec in apostolicis litteris continentur.<sup>4)</sup> Extunc nos huic sancto negocio reformacionis manum apposuimus et multis laboribus ex Magdeburgo prepositum<sup>5)</sup> beate Marie eiusdem ordinis, virum utique coram deo et hominibus approbatum, adduci procuravimus, qui binies cum fratribus probate vite adveniens talem ordinem dedit reformacioni, quod sperabamus, divino dono solidum fundamentum regulari observancie collocatum.

Nunc vero ad nostram audienciam deductum est, quosdam ex circaria Swevie<sup>6)</sup> religiosos nomine capituli Premonstratensis de proximo sub titulo visitatorum ad monasterium Wiltinense adventuros et secum aliquos, ut fertur, rebelles fratres ad ducturos<sup>7)</sup> animo eosdem inibi reponendi et firmandi et cum abbe et fratribus conversandi et colloquendi. Ex quo timemus omnem nostrum reformacionis laborem et novellam plantacionem in ventum transiturum. Et quamvis hoc tempore de visitacione huiusmodi stante prefata nostra apostolica commissione se intromittere non debeant, tamen, ne hoc presumant, vobis et alteri vestrum in solidum committimus et mandamus, quatenus, si et postquam senseritis illos visitatores ex Swavia aut aliunde venturos ad ipsos in hospicium aut monasterium Wiltinense, ubi fuerint, incontinenti accedatis et eos nostra ymmoverius apostolica auctoritate requiratis et moneatis et

nichilominus sub pena excommunicacionis late sentencie, quam quemlibet ipsorum  
30 incurrere volumus ipso facto, quo contrarium eius, quod mandamus, attemptaverit,  
districtius precipiendo cuilibet ex ipsis mandetis, quatenus monasterium illud Wilti-  
nense non intrent, si eos extra monasterium deprehenderitis et si intra fuerint, quod  
tunc quantocius exeant et de visitacione dicti monasterii Wiltinensis, cuius ad nos hac  
vice apostolica auctoritate, ut prefertur, spectat visitacio, se nullatenus intromittant, nisi  
35 prius ipsi ad nos venerint et nobis auditis intellexerint, quomodo in negocio illo se  
habere debeant. Alioquin in eventum, quo non curaverint hoc nostrum mandatum,  
eosdem, postquam se intromiserint de visitacione aut monasterium illud intraverint aut  
cum fratribus locuti fuerint in monasterio, excommunicacionis sentenciam eosdem  
nostri nomine declaretis incurrisse.

40 Et nichilominus visis presentibus ad monasterium Wiltinense accedatis aut alter  
vestrum accedat et venerabili patri abbati atque religiosis fratribus ibidem nostra ymmo  
apostolica auctoritate districte precipiendo mandetis, quatenus sub pena  
excommunicacionis late sentencie, quam ferimus in abbatem et quemlibet fratrem, et  
interdicti in ecclesiam et cum hoc pena mille markarum apostolice sedi applicandarum  
45 nullatenus quemcumque visitatorem eciam ex commissione capituli Premonstratensis  
venientem admittant in monasterium, cum eo conversentur aut ad visitandum recipi-  
ant nostris litteris de admissione ipsius aut ipsorum, si plures fuerint, non visis. Quod  
si forte secus fecerint, eosdem, qui rebelles fuerint, sine ulteriori nostro mandato  
predictas censuras et penas incidisse declaratis, certificantes eosdem abbatem et fratres  
50 Wiltinenses, quod nos fundacionem monasterii per nostros predecessores factam sub  
spe observancie regularis, si ipsam viderimus post tot nostros labores deludi et  
incassum iri, et bona a nostris predecessoribus regulari observancie ibidem et non  
discolis assignata una cum incorporacionibus ecclesiarum et privilegiis revocabimus et  
de illis bonis et ecclesiis, prout deus inspiraverit et ad eius laudem disponemus. Da-  
55 tum Brixine sub nostro sigillo die vicesima secunda mensis aprilis anno a nativitate  
domini millesimo quadragesimo quinquagesimo septimo.

---

<sup>1)</sup> Pfarrer von Flaurling war Hans Pranger; s. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 424. Er wurde allerdings zuletzt nur als Kaplan am St. Jakob-Altar im Brixner Dom bezeichnet; s.o. Nr. 3746 Anm. 9, 4150. Gemeint ist möglicherweise der Pfarrvikar in Flaurling Jörg Hagenauer; s. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 252. Vgl. auch Nr. 3598.

<sup>2)</sup> Michael Ewertshauser, Pfarrvikar in Absam/Hall; s. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 214.

<sup>3)</sup> Leonhard Kayser, Pfarrvikar in Innsbruck; s.o. Nr. 4865 (1456 Juli 12).

<sup>4)</sup> S.o. Nr. 3417.

<sup>5)</sup> Eberhard Woltmann, Propst des Prämonstratenserklusters St. Marien in Magdeburg. Zu seiner Reform in Wilten s. zuletzt oben Nr. 4829f. (1456 Juni 14) mit Rückverweisen.

<sup>6)</sup> NvK hatte das Kloster Wilten im April 1456 aus der bayerisch-schwäbischen Zirkarie gelöst und der sächsischen Zirkarie unterstellt; s.o. Nr. 3936.

<sup>7)</sup> Offenbar die Wiltenener Brüder, die vor der von NvK organisierten Reform ins Mutterkloster Rot an der Rot geflohen waren; s.o. Nr. 4115.